

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5777

Auteur(s) : Robert de Sacquenville [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Sainte-Colombe-la-Commanderie, Saint-Étienne de Renneville (commanderie)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1295, 17 janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert de Sacquenville, chevalier, notifie l'accord conclu entre lui et les Templiers de Saint-Étienne de la Campagne (de Renneville) à la cour royale à Évreux sur une pièce de terre. Robert renonce à son intention de mettre cette terre en labour cédant à la contestation des frères templiers qui la disent réservée à la pâture commune.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Études sur la condition de la classe agricole et l'état de l'agriculture en Normandie au Moyen Âge*, Évreux, Hérissey, 1851, p. 165-166, n. 115.

b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 58.

Dissertation critique

Sancti Stephani in Campania : la commanderie de Templiers, Saint-Étienne de Renneville, située à Sainte-Colombe-la-Campagne. Le nom de cette dernière commune a été modifié en 1969 à Sainte-Colombe-la-Commanderie.

Texte établi d'après b

Universis presentes litteras inspecturis, Robertus de Saquenvilla, miles, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, cum contentio verteretur inter religiosos viros preceptorem et fratres domorum milicie Templi in Normannia apud Sanctum Stephanum in Campania commorantes, ex una parte, et me predictum militem, ex altera, in curia domini regis apud Ebroicas, super quandam peciam terre que vocatur Fovetelee, que sita est juxta viam que dicit de Saqueivilia apud Rublemont, prope boscum meum, ex uno latere, et queminum qui dicit de Bacquepuiz apud Rublemont, ex alio, et aboutat terris dictorum religiosorum, et boscum Agnetis, et sicut se extendit de manerio dictorum religiosorum de Rublemont usque ad frocum terrarum ville de Saquevilla, quam predictam petiam terre ego dictus miles volebam deducere ad cultum, predictis fratribus contradicentibus et dicentibus eam esse ad communem pasturam cum aliis pasturis communibus ; ex proborum virorum consilio, et caritatis intuitu, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum, Deo et Beate Marie virginis et predictis fratribus dimisisse predictam petiam terre ad communem pasturam absque impedimento mei vel heredum meorum de cetero faciendo. Item concessi et hac presenti carta mea confirmavi ea omnia que predicti fratres quoconque modo vel quoconque titulo acquisierunt vel possident in meo feodo, ubicunque sit, videlicet herbergamentis, domibus, terris arabilibus et non arabilibus, pastoribus(?), redditibus, nemoribus, in hominibus, in patronatus ecclesiarum et in omnibus illis rebus quibuscumque sint vel possint accidere, renuntiando specialiter et expresse omni juri, si quod competit michi

ex quacunque causa aut quocunque modo aut possit in futurum competere, pro me et heredibus meis, in predictis, excepta mouta culture de subtus Boscum Goscelini apud Rublemont et mouta feodi mei apud Mesnillum Fouquoingtum modo, tenenda et habenda omnia predicta supradictis fratribus et eorum successoribus libere, quiete, pacifice et absolute, absque contradictione aliqua vel impetitione mei vel heredum meorum de cetero faciendis, sicut puram et perpetuam elemosinam. Quod ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum, ego prenominatus Robertus, miles, istud presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, die martis post octabas Epiphanie Domine.